

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fides siue fidelitas ag  
cum fonte primo

Vna est ueritas et non partita.  
Et sicut qui margaritam habet,  
ipse nouit quantum diues est,  
et tamen multis potest esse non cognitus,

ita et qui fidei ueritatem detinent,  
noscunt quod diuites sunt.  
Infideles autem thesaurum nescientes hunc,  
diuicias nostras ignorant.

Crisostomus super illud Matthei XIII.:  
Inuenta una preciosa margarita.

Vna enim est ueritas, et non partita.  
Et sicut qui margaritam habet,  
ipse quidem nouit, quoniam diues est,  
multis uero non est cognitus,  
multotiens manu detinens eam, non enim est tumor corporis,  
ita utique et in predicatione. Qui quidem eam detinent,  
noscent quoniam diuites sunt.  
Infideles autem thesaurum nescientes hunc,  
et diuitias nostras ignorant.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae  
interpretatione Burgundio*, 47 (Biblioteca apostolica  
Vaticana, MS Vat. lat. 383, fol.155vb-156ra, ll.36-42, 1).  
cf. PG 58, col.483-4.